

authoritatem. Agnoscitis verba Ammiani Marcellini, apud quem
volucrum ferarumque, etiam alieni mundi, genera
multa sculpendes, promissa vel soluta Regum vota
monstrant: nempe singulae literae singulis nominibus
serviebant, & verbis nonnunquam significabant inte-
gras sententias. *Addit exemplum:* Per speciem apis mella
conficientis indicant regem, moderatori cum jucun-
ditate aculeos quoque innasci debere, his signis osten-
dentes. *Nimirum juxta illud Luca de Penna:* Per lenita-
tem Rex contemnitur, Lex despicitur, Grex inficitur.
Hic est aculeus. Sed jucunditas mellis, quando M. Aurelius ad Fulvi-
um Senatorem: Ideo me omnibus do, ut omnes se mihi dent.
Set cursim transibimus, properantes potius quam festinantes: Is enim
properus est, qui hoc agit ut prope veniat. Nos ut ad finem. *Accipit re-*
Servis voverere solebant, qui sola sibi invitatione ad scapum revocato-
rium advolat. Apiculam subditis, juxta Aegyptios: Subditi Re-
gem cupiant, ament, observent, perinde ut apes, quibus pulcrum est
pro Rege mori, notante Ambrosio. Aquilam Auditoribus suis propo-
nebant Doctores, illae enim habent clarum visum, fortem odoratum,
altissimum volatum, singula singulas, immo plures, praebent virtutes
atque doctrinas. Eandem et parentibus cordatis ad culturam filiorum
propositam accepimus, ne degeneres fierent. Claudianus clare praefati-
one in de tertio consulatu Honorij, & Lucanus libro nono. Bos laboris
est symbolon, ideoque a Boccho tabella pro filio insertus. Camelus
pari de causa Ministris Ecclesiae, quibus incumbit onus paupertatis,
pondus laboris, saccus calamitatis, moles persecutionis. Et hisce, Eli-
am primum atque secundum, Baptistam nimirum, Spiritus S. notanter
vestivit: nempe καμηλωτήν sive ταισ τδ καμηλωθ δεξιη και ζωνη δεξ-
μοστινη, quamquam de primo timidiuscule istud adseramus, metuimus
enim nobis a manibus Casauboni. Cancrum Aesopicum si quis Pa-
rentibus voverit, adeo absurde non fecerit. Volebat ille juniorem
recta, non retrò, incedere, sed audiebat, I pra, mi pappc, seqvar.
Exemplo siquidem oportet praeeant parentes, ut facto sequantur liberi.
Nec solis Lacedaemonijs Lycurgei canes idem inculcaverunt. Adeo difficul-
ter reciduntur vitia, quae nobiscum creverunt. Pie Satyricus,